



eius uaticinatu. & tam uicinā quam prae  
 sente & praeteritam. & denuntiaste uen  
 turam. & fluxisse ingruentē & inemenda  
 tionē iudae retexuisse praeteritam.  
 Quod in ipso propheta iuxta historiam  
 conabimur adprobare. OZIAS. interp  
 tatur fortitudo dñi. LOATHAM. dñi consu  
 matio atq; perfectio. ABAZ. uirtus. Eze  
 chias. imperium dñi. tunc regnabant in po  
 pulo iuda. cuius nomen confessio est.  
 Porro in israhel qui sibi idola fecerat. &  
 a populo di fuerat separatus regnabat hie  
 roboam. qui interpretatur. xpo siemoc.  
 id est temporalitas. siue mora. quod mun  
 dum ama uerit. & in ipso diu morari. ut  
 putauerit sempiternam. Nequaquā fu  
 turus. sed praesentibus delectatur.

Principium loquendi dñm in osee. LXX.  
 Principium uerbi dñi ad osee. quia ut  
 supra diximus. & aliis prophetis prae  
 rantur in titulo. OZIAS. LOATHAM. ABAZ.  
 & EZECIAS. quibus regnantibus prophe  
 tauerunt. Idcirco nunc dicit quod inter  
 omnes hos. primum in osee dñs sit loquu  
 tus. & postea ad caeteros. Aliud est autē  
 loqui dñm in osee. Aliud ad osee. In osee.  
 non ipsi loquitur osee. sed per osee ad  
 alios. Ad osee uero loquens. ad ipsum  
 significatur conferre sermonē. Alii autē  
 non primum omnium prophetarū uolunt  
 fuisse osee ex eo quod dicitur. principiu

loquendi dñm in osee. sed ostendi. quod  
 haec quae sequuntur. primum ad osee.  
 dñs sit loquutus. Et dixit dñs ad osee.  
 Uade sume tibi uxorem fornicationū.  
 fac filios fornicationū. quia fornicans  
 fornicabitur terra ad dño. LXX. & dixit  
 dñs ad osee. Uade tolle tibi uxorem for  
 nicationis. & filios fornicationis. quae  
 fornicans fornicabitur terra post dñm.  
 Verbum hebraicum. ZANNIN. Non forni  
 cariam & fornicationem ut pleriq; aesti  
 mam. sed multas fornicationes sonat.  
 Ex quo ostenditur mulier ista quam pro  
 pheta sumit in coniugem. non tantum  
 semel sed frequentius fornicata. ut  
 quanto illa sordidior est. tanto sit pro  
 pheta patientior. quia talem uxorem  
 duxerit. quodq; additur. sume tibi &  
 filios fornicationū. αττο κονου enim  
 subauditur. sume tibi uxorem fornica  
 tionum. & sume tibi filios fornicationū.  
 Utrumq; potest intellegi. quod & forni  
 cariae prioris de fornicatione suscep  
 tos recipiat filios. & ipse ex meretrice  
 generet liberos. Qui idcirco fornicati  
 onis appellandi sunt filii. quod sint de  
 meretrice generati. nec culpandus  
 propheta interim ut sequamur histo  
 riam. si meretricem conuertit ad pud  
 citiam. sed potius laudandus. quod ex  
 mala bonam fecerit. Non enim qui